

n isto opusculo dicitur quomodo Romulus ⁊ Remus nati sunt ⁊ educati. Et postea Romulus factus est primus Romanorū rex ⁊ conditor Romane vrbis: Quomodo ⁊ q̄zdiu ipe ⁊ successores sui rexerunt. Et etiā de Imperatoribus Romani imperij qualiter imperauerunt a primo Julio cesare vsq̄ʒ ad tempus constantini magni imperatoris. Quomodo constantinus a lepra est curatus: ⁊ a beato Siluestro baptizatus. Quomodo sanctus constantinus ecclesiā Romanaʒ dotauit: beato Siluestro omnibusq̄ʒ suis successoribus romanis pontificibus totā Italiā: omnes prouincias occidētales: regiōes: loca ciuitates ⁊ insulas que circa Italiaʒ sunt pio affectu dedit. de indulgētijs omniū ecclesiarū ⁊ reliquijs que Rome existūt. de stationibus in eisdē per circulum anni ⁊c.



Roma ciuitas sancta caput mundi. Anno post euersionis troiane.cccc.⁊.v.mundi ve ro.M.cccc.⁊.l.Jtē romulus ⁊ remulus ex matre Jlia rhea Siluia nati sunt. Romulus esto dicat Seruius romum appellatū fuisse: ⁊ pro Romo Romuluȝ blandimenti causa:deinde gaudēt cū diminitiuo blandirie.Sed quia Liuius florius ⁊ omnes historici ipsum scribunt Romulum ideo omnes sequuntur.Et Romulus inqȝ Jlia rhea Siluia matre genitus:ex patre seu credito seu si ctoxcum verius credatur sacerdos martis. Sȝ vt honestior esset culpa dixerunt Romani principē suum ex deo marte genitum:quod tam patienti animo tulere gentes quā equo animo romanorū imperium passe sunt.fuit primus rex ⁊ conditor vrbis romane.Sed vtruȝ potuerat filius martis esse:ponit eodē de li.Vir.Enei. ⁊ li.de aia.c.lv.⁊ li.de angelis.c.xix.Hic primū lucē attigerit teste Liuio primo ab vrbe cum quo conueniunt omēs historici seuitiam Amulei patris atqȝ albanornm regis expertus est a quo vna cum fratre remo ius sus est in tiberim mergi.Sed stagnātibus secus ripā vadis abiectos infantes decrescens aqua ve lut scelus refugerunt reliquit in sicco. Re. in li. aq.dul.c.rumor de quo dixit Oui.in.ii.fast.Hec vbi cognouit contemptator amulius equi.Amne iubet mergi geminos scelus vnda refugit.in sic co pueri destituunt humo Tunc picus auis mar tia primum.Tantisper infantes aliud. Deinde lupa sitiens ad horuȝ vagitum tracta mutato cur

su vberibus suis aluit dicẽte Oui. pꝛeallegati.ii. li. Lacte quiuis infãtes vesci creuisse sermo. Et picum expositis sepe tulisse cibos. Hanc lupa volunt aliqui veram aliqui fictam. Utraqꝫ.n.fama est ꝙ fuerit ficta monstrat Eutropius dicens in li.pꝛimo. Uerum paruulos pꝛope ripam tiberis expositos Faustulus regii armenti pastoꝛ ad achã lau.entiam vxoꝛem suam detulit:que ob rapacitatem coꝛpoꝛis questuosi lupa a vicinis appellabatur. Unde vsqꝫ ad nostra tempoꝛa meretricuꝫ cellule lupanaria nuncupantur. Ad huius verificationem Luctantius in.i.diu i.insti.adducit exẽplum dicens. Romani ab Athenientibus mutuati sunt exemplum:apud quos cum meretrix tyrãnum occidisset Lena nomine:quia nephas erat simulachꝛum meretricis in templo poni:animalis effigiem posuerunt:cuius nomine ipsa gerebat. Itaqꝫ vt illi ex nomine:sic isti ex pꝛofessione monumenta fecerũt. Quod fuerit ista lupa clare ponit Lucius floꝛus in li.i.⁊ ꝑli.deviris illis. Sꝫ clarius Lucius floꝛus in li.i.sui epi. Et Liuius dicens in pꝛimo ab vꝛbe. Tenet fama cum fluitãtem alueũ quo expositi erant pueri in sicco aqua destituisset lupam sitientem ex montibus qui citra sunt ad puerilem vagitum cursuꝫ flexisse. Eã qꝫ infantibus adeo mite ꝓbuisse mãmas:vt etiã ipsos lingua lamberet. Hos reperiẽs Faustulus magister regii pecoꝛis Ache Laurentie vxoꝛi educando dedit. Sunt ꝗ qui eam vulgato coꝛpoꝛe inter pastoꝛes lupam agnominatam credunt. Hec

Liuius confirmat hoc habitus ipsius que fuit lu
pe orni3a Joue mutuatus exemplu3. Qui vos est
almanther capre nutricis sue puelle: De quo di-
xit Uir. in primo Enei. Donec regina sacerdos
marte grauis gemmam partu dabit Ilia prolem
Inde lupus inde lupe fuluo nutricis tegmine le
tus. Romulus excipiat gentem & mauortia con-
det. Menia romanosqꝫ suo de nomine dicet Au-
gu. autem in. xviii. de ciui. dei. & Plinius in. viii.
historie naturalis monstrauit vtrumqꝫ fuisse pos
sibile. & concludit vterqꝫ postquã Singulas histo
ricus conuenit cum Liuio, quãquã si eis infanti-
bus per quos tanta ciuitas condenda fuerat de
qua diuinitus liberatis per lactantem ferã deus
voluit subuenire quod mirum est. Item romulus
centum ex senatoribus delegit quorum consilio
omnia agerent: vt habet in cronica imperatorum
Leonardi Arctini lib. primo romane historie.
Quos senatores propter senectutem patris ad si
militudinem curie nominauit. Mille etiam pu-
gnatores delegit quos a numero milites appella
uit. Rexit annis. xxxviii. postea fulmine periit.
Habetur etiam in cronica Romanorum impera
torum: Mater istorum geminorum videlicet ro-
muli & remi viua ſm legem defossa: & pueros in
in tyberim demergi iussit &c.

S Uccessor primus romuli Pompilius pater
Nume secundi romanorum regis ponitur
eodem lib. Uirg. c. Numa Pompilius rome tri
bunus plebis.

Successor pompilii tullius hostilius qui rexit annis.xxii.qui nepos istius Hostilii qui sub romulo bello cecidit.strennue aduersus Sabinos pugnans prout scripsit eodem lib.Uir.c.Romulus.Qui memoria et sui virtutis titulus fuit rome rex creatus.Illo quidem tempore quo Manasses regnabat in Hierusalē.Item primus qui purpura et fastibus vsus est.

Successor tullii hostilii Ancus: rexit annis. xliiii.potenter:qui ius feriale cōdidit.i.morem inducendi bella.re.eodē li.c.ancus martius.

Successor anci Priscus tarquinus:qui rexit.xxxvii.annis.tarquinus priscus a Romulo rex romanorum vedemorati exulis Corinthi filius:quem regem frequēter historici luchomonem dicunt:multa operatus est:inchoauit edificare Capitolium:vt habetur in cronica romanorum imperatorum li.primo.

Successor Prisci tarquini Seruius tullius qui rexit annis.xliiii.et inter omnes primus qui census excogitauit.

Successor Seruii tullii tarquinus supbus rexit annis.xxx.qui ab historicis connotat lucius tarquinus ob mores cognomento supbus fuit prenotati tarquini filius ex vxore Canoquile prout scripsit eodē li.virg.c.Seruius tullius. Hic teste Eutropio.li.i.primus excogitauit vincula:fustes carceres:cōpedes:cathenas et exilia post dicit.eodē li.vir.c.Seruius tullius.vbi de ipsius principio cū fuit rex.vii.romanorū.Hinc cō

fiſſe: cepere ꝑ dno rege domino. Hac cauſa creati ſunt ⁊ ſi vnus malus eſſe voluiſſet alter eam habens poteſtatem ſimilem cohereret. ⁊ placuit ne imperium longius haberent: ne propter diuturnitatem poteſtatis inſolentiores redderentur: ſed ciuiles ſemper eſſent qui poſt annum ſcirent ſe eſſe priuaturos. De quorum claritate habetur plene in cronica romanorum imperatorum Aretini. ⁊ in li. vii. romane hiſtorie.

IUlius Ceſar primus imperator Alexandriam venit cui Ptholomeus rex inſidias parabat: quare a Ceſare bello victus a nilo periit: vt patet vbi agitur de ceſare primo Ceſar ergo petitus egypto cleopatre regnum dedit ⁊ ipſe primus accepit ſingulare imperium romanorum: a quo omnes romani principes romanorum ceſares appellati ſunt. Sed coniurantibus in eum. lx. vel amplius ſenatoribus in curia: xxxiii. vulneribus percuſſus occubuit. Re. vbi agitur de ceſare primus impe.

OCtauianus auguſtus imperator. ii. a quo omnes romanorum reges dicuntur auguſti. regnauit annis. lvi. ⁊ menſibus. vi. Deficiente autem principatu pontificum in iudea: Herodes anticipatri aſcalonice ⁊ matris arabice filius a romanis iudeorum principatum accepit quem tenuit annis. xxxvi. Et ne ignobilis ⁊ ſanguine iudeorum. Inſuper ⁊ ſuam ſobolem regio ſanguini cōmiſceret abdicata de fide femina hieroſolimitana qua priuatus vxorem acceperat. Nā ex eo filio anticipatre ſibi Maximiano ſociauit filiā Ale

xandri aristoboli: nepotemq; fratris Hircam qui ante fuit rex iudeorum. hec herodi genuit. v. filios quorum duos alexandrum et aristobolum occidit ipse in samaria. Nec fecit diuturnam morā quin matrem illorum qua nil carius habuerit occiderit re. li. Vir. vbi agitur de herode ascalonita hoc tempore: quia. m. antonius qui tenebat asiam et orientem repudiauerat sororē augusti. Cleopatramq; duxerat in vxorem inter antonium cleopatram et augustum ortum est bellum: Sed fugati apud Leuchas antonius et Cleopatra seipsos occiderunt. Et sic terminatum est regnum Egyptiorum quod a primo ptholomeo lagi filio vsq; ad cleopatrā sterit. ccxcv. annis. anno Cesaris augusti. xl. a morte vero cleopatre et antonii quando Egyptus in prouinciaz versa est anno. xxxvii. et ab vrbe condita anno. dcclii. quo per vniuersuz orbez pax firmissima dei ordinatione ab augusto firmata fuerat dominus noster Jesus christus filius dei sexto suo cōsecrauit aduentu. Jtem diebus Octauiani augusti trāstiberim de taberna meritoria fōs olei de terra exundauit: ac per totū diem largissimo riuo fluxit: significans ex gentibus christi gratiam. tunc etiam circulus ad celestis speciem arcus circa solē apparuit: vt habetur in cronica romanorū imperatorū Leonardi aretini li. vii. anno imperii augusti. xliiii. herodes morbo inaudito et scatētibus toto corpore vermibus digne morti. re. lib. Vir. vbi de herode ascalonita agit. Sz archelaus eius filius ab augusto sub

stitu: us regnauit annis.ix.vsq3 ad augusti fin.

Tiberius pinguis priuignus augusti filius imperator tertius qui imperauit annis.xxiii. et.ii.Virgi ca. Tyberius.anno vero.xii.imperii sui. Pilatus iudex procurator ab eodem dirigitur anno.xviii.imperii tyberii dominus noster Jesus christus sua passione redemit mundu3 anno etatis sue.xxxiii.et eo magis qp ei vita propagata est ab.viii.kalen.aprilis:quo die conceptus in virginis vtero est de spiritusancto: vt narrat Platina in vita pontificum vbi scribit ad Sixtum.iiii.Cuius etiam temporibus facies et vultus sanctus nostri redemptoris a sancta Veronica per mare de Hierusalem Romam portata et abducta:qua visa Tyberius mox a morbo liberatus est.

Gaius cognomento Callicola imperator.viii. rome imperauit annis.iiii.mensibus decem diebus octo Anno domini trigesimo octauo.hic Herodes Agrippa amicum suum liberauit a vinculis et fecit eum Judee regem vbi regnauit annis septem vsq3 ad quattuor annum Claudii. Quo quidem percusso ab angelo successit in regnum eius Agrippa:vbi mansit annis.xxvii.vsq3 ad exterminium iudeorum. Herodes autem tetrarcha petens amicitiam Gaii cogente herodiade romam venit:sed accusatus ab agrippa tetrarcham perdidit:fugiens ergo cu3 Herodiade hyspaniam petiit. Pilatus qui sententiam damnationis dixerat tantis angustiis a Gaio percussus

q carceratus se sua manu peremerit. Gaius autem seuiens in iudeos sancta eorum loca idolorum sordibus prophanauit. His temporibus Matheus in Judea predicans euangelium scripsit.

Claudius imperator.v.cepit imperare anno domini.xx.et imperauit annis.xiii.mensibus septem et diebus.xxviii.his temporibus Petrus cum prima fundasset ecclesiam Antiochenam Romam venit:tenuit cathedram episcoplem annis.xxv.vsque ad vltimum Neronis annum. Re.lib. Virgi.vbi agitur de Petro apostolo. Marcus euangelium Rome scripserat Petro eum mittente.iiii.anno Claudii predicat in Egypto. Re.li. vbi agitur de Marco euangelista. Eodem anno fames grauissima cuius Lucas meminit facta est

Nero imperator.vi.imperare cepit anno domini.lviii.et imperauit annis.xiii.mensib9 septem diebus.xxviii.huius.ii.anno Festus iudee procurator sic cessit felici:a quo Paulus apostolus romam victus per biennium stetit in custodia libera. Post hoc nondum rabido seuiente nerone dimittitur ad predicandum Re.li. Virgi.vbi agitur de Paulo apostolo.et.c. Nero Jacobus frater domini cum.xxx.annis rexisset ecclesiam.vii.anno Neronis circa annos domini.lxv.a iudeis lapidatus etc. Albinus successit in magistratu iudee. Albinus autem florus cuius luxuriam et auaritiam ceteraque flagitia non ferentes iudei contra romanos rebellarunt: aduersum quos Vespasianus.M.militie plurimas vr

bes iudee cepit. Interim Nero primus christianos prosequitur: inter quos Petrum apostolum et Paulum gladio occidit.

Galba imperator. vii. prout scribitur in cronica Mar. anno domini. lxxi. et imperauit mensibus septem in Hibernia. Vitellus in germania. Otto teneſi. imperium Ro. per annum: se se interfecerunt. Re. lib. Vir. vbi de illis agitur.

Vespasianus imperator. viii. imperauit annis nouem mensibus. ii. diebus. xii. cum cepisset imperare prout scribitur in cronica Mar. anno domini. lxxvii. hic apud iudeam imperator exercitus nominatus bellum filio Tito commendans Romam venit: qui anno. ii. iudeorum regnum subuertit. templumque solis strauit post annos prime sue constructionis. cclxxxix. re. li. Vir. vbi agitur de Tito Vespasiani filio Consumatumque est bellum anno. iiii. duobus quidem Nerone viuente et duobus aliis postea.

Titus Vespasiani filius imperator. ix. cepit imperare anno domini. lxxxii. et imperauit annis. ii. mensibus. ii. Vir. quidem mirabilis omnium virtutum genere abundans: vt amor et delitie humani generis diceretur.

Domitianus frater Titi iunior imperator. x. cepit imperare prout scribitur in Cronica Mar. anno domini. lxxv. et imperauit annis. xv. mensibus quinque hic secundus post Neronem christianos prosequitur: sub quo Johannes euangelista et apostolus in pathmos insulam relegatus

eum cum misisset in dolium feruentissimi olei si-
ne vllo cruciatu vel pena. re. li. Vir. ca. Domi-
tianus.

Nerua imperator. xi. imperauit anno vno men
sibus quattuor et diebus octo. Hic suo edi-
cto cunctos qui a Domitiano exulauerunt reuo-
cauit: quare Johannes apostolus ab exilio libera
tus Ephesum rediit et per eius absentiam vidit
ab hereticis concussam fuisse: fidem hanc descri-
ptam in euangelio stabiliuit.

Trarianus imperator. xii. cepit imperare
anno domini. c. et imperauit annis nouem
mensibus sex et diebus. xv. re li. Vir. c. traianus.
Huius tempore apostolus Johannes. lxvi. anno
post passionem domini etatis autem sue. xciiii.
Ephesi placida morte quieuit plinius secundus
orator et historicus immensus habetur pantheon
Rome quod Domitianus fecerat fulmine cocre
matur: cui nomen inde datum est q° omnium sit
ipsa domus habitaculum.

Adrianus traiani filius imperator. xiii. im-
perauit annis. xxi. cu imperare cepisset cir-
ca annum domini. cxxix. hic iudeos rebelles do-
mauit et introeundo hierosolimam licentia abla-
ta quam ipsum in optimum statum murorum ex
tructione reparare. Helyam de suo nomine repa
rare precepit. re. li. Vir. c. Adrianus.

Antonius cognomento pius imperator. xiiii.
cum filio suo aurelio et lucio circa anos do
mini a iudeis cepit imperare et imperauit annis.

xxxii.7.iii.mensibus.hoc tempore policarpus ve niens romam multos ab heretica labe cōpescuit re.li.vir.c.policarpus.

MArcus Antonius verus imperator.xv.cū Lu cio Aurelio cōmodo cepit imperare anno do mini.clxii.7 imperauit annis.xix.7 mensibus.ii. hoc tempore Policarpus in asia martirizat9 est

COmmodus antonii veri filius imperator. xvi.post patrem imperare cepit circa ānos domini.clxxxiiii.7 imperauit annis.xiii.7 hic di ctus Commodus ob sua facinora in domo vesta li strangulatus interiit cum tanta execratiōe om nium vt hostis humani generis diceretur.

HElius pertinax imperator.xvii.cepit impe rare circa annos domini.cxciiii.7 impera uit mēsibus sex hic scelere Juliani iurisperiti oc ciditur in palatio orta seditione inter pretoria nos milites.

SEuerus pertinax imperator.xviii. impera uit annis.xvii.cum imperare cepisset anno domini.cxcv.hoc tempore Leonides pater Ori genis martyrio coronatur.

ANtonius rarralla Seueri filius imperator .xi.imperauit annis septem. C Martinus imperator.xx.imperauit anno vno cum cepisset imperare anno domini.ccxi.cum vultu miluari cum filio suo occisus est.

MArcus aurelius antonius imperator.xxi. imperauit annis.iiii.cum cepisset impera re anno domini.ccxx.huius tēpore in pa

tertissimam vrbis Nicopolis que prius Emaus di-
cebatur condita est. Hec est illa Emaus quam do-
minus post resurrectionez ingressus suo sicut nar-
rat Lucas sanctificare dignatus est.

A Vreolus alexander imperator.xxii. impe-
rauit annis.xiii.cum imperare cepisset an
no domini.cexxxiii. hoc tempore Orige-
nes per totum orbem gloriosus habetur nec mi
rum scribit Beda de ipso. Origenes tantum se-
dulus fuit: vt hieronymus quodam loco.v.milia
librorum eius se legisse meminerit.

M Aximinus imperator.xxiii.imperauit an-
nis.iii.cum cepisset imperare anno domi
ni.ccxxxix hic fuit genitus patre et matre
barbaris auctoritate Helli Lampredis et Ruffi-
ni in annalibus Ro.

g Ordianus imperator.xxiiii.imperauit an-
nis.vi.cum cepisset imperare anno domi-
ni.ccxxxix.prout scribit Ruffinus in an-
nalibus Romanorum: iste adhuc adolescens ex
senatus sententia cum leticia populi factus est
senator.

P Hilippus cum Philippo imperator.xxv.
imperauit annis prout scribit Ruffinus in
annalibus romanorum cuz cepisset imperare an
no domini.cclv.hic primus omnium imperatorū
christianus fuit: vna cum filio suo baptizatus est
vt dicit Ruffinus.

D Ecius imperator.xxvi.imperauit annis.ii.
et.iii.mensibus: et cum imperare cepisset an

no domini.cclii.hic Decius patrem ꝛ filiū interfecit: hic bello a Gottis occiditur: sed fracto fundo plaustri: nunq̄ poterat inueniri: ideo alibi ꝙ a diabolo ꝛ alibi dicitur a Gottis raptus.

Gallus cū Uolusiano filio imperator. xxvii imperauit annis.ii. ꝛ iiii. mensibus: Cuius tempore Origenes anno.lxx. etatis sue: nō tamen integre impleto defunctus est ꝛ in tiro vrbe sepultus: ꝛ Cornelius episcopus rome rogatus a quadam matrona Lucina corpora apostolorum nocte de cathecūbis leuauit ꝛ posuit ꝓ Pauli corpus in via Hostiēsi: vbi fuerat decollatus: ꝓ Petri autem circa locum vbi fuerat crucifixus in templo Appollis in monte aureo in vaticeno palati Neroniani.iiii.kl. Julii reuoreuter li. Uir vbi agitur de petro apostolo.

Ualerianus cum filio suo Galieno imperator.xxviii: imperauit annis.xv. ꝛ cum imperare cepisset anno domini.cclvi. Iste militans a parsis debellatus est quādiu vixit ꝛ captus fuerit sub hac seruitute vt pedem super ceruicem eius ponerent semper cum equum ascenderent.

Claudius imperator.29. Cepit imperare anno domini.cclxxi. ꝛ imperauit anno vno et 9. mensibus. hic Gottos iam per annos.15. vastantes Macedoniam ꝛ Illiricum superauit: ob quod in curia ei clypeus aureus: ꝛ in Capitolio statua aurea collocata est:

Aurelianus imperator. 30. imperauit annis.v. mensibus.6. cū cepisset imperare anno do

mini.cclxxiii.⁊ tandem edificasset rome templuꝫ solis: in quo posuit auri gemmaruꝫ maximã quãtitatem: ⁊ in gallia crudeli edicto ꝓsequitur christianos: ⁊ ciuitatem gallie que Genebum dicebatur a suo nomine dixit aurelianuꝫ tamen fraude serui su. fuit a militibus suis occisus.

Tacitus. xi. imperator imperauit mẽsibus vi. cum cepisset imperare anno dñi. cclxxvii iste fuit prudens curialis ⁊ largus: quo apud ponticum occiso Florianus tenuit imperium vsqꝫ ad tres menses: ⁊ similiter apud tarsum occiditur. His temporibus queritur insana Manicheorum heresis.

Probus imperator. xi Imperauit annis vi. ⁊ mensibus. iiii. cum imperare cepisset anno domini. cclxxix. Et tandem fuit apud Sinernam militari pugna cesus.

Florianus nil memoria dignum fecit: quãuis duobus annis imperauerat: Erat imperator in ordine: 33.

Carus imperator. 34 cum filiis Cario ⁊ numeriano imperauit annis. ii. ⁊ cum cepisset imperare anno domini. cclxxxvii. et in paruo flumine periit.

Diocletianus cum Maximiano cognomẽto aurum calcio imperauit annis. 20. cum imperare cepisset ſm Orosiuꝫ lib. vi. cclxxxviii: alias cclxxxix. Et anno ab vrbe cõdita. M. xli. re. li. vir. ca. consensu omnium factus est imperator.

Constantinus magni Constantini pater im

imꝑator.xxxv.militauit ita laudabiliter sub Dio-
cletiano imperatore Romano: qui.iiii. anno sui
imperii dictum Constantium fecit cesarem: cui
ſm Orosium in lib.vii.⁊ Ruffinum annali. Ro-
ma.⁊ Eutropiuꝫ in li.x. Maximiani ⁊ Herculei
dilecte summe Diocletianus Theodoram preui
gnam in coniugem dedit: ex qua.iiii. filios ⁊ toti-
dem filias genuit Cõstantini magni fratres quẽ
ex prima vxore Helena Britannie regis ipſe su-
ſceperat. Re.li. Uir.ca. Helena. Tractu demum
temporis cum Diocletianus etate cõfectus ſe in-
habilem noſcerũt ad imperium gubernãdũ ⁊ ad
priuatã rediiſſet vitam: ipſe Constantius factus ẽ
imperator vna cũ Maximino galero: qui poſtq̃ꝫ
facti ſunt auguſti ſic imperium diuiſerunt vt Cõ-
stantius Italiam: Galliã: Hiſpaniam: ⁊ Affricã
poſſideret. Galerus vero Illiricũ anacretã ⁊ totũ
oriẽtẽ haberet. Sed Cõstantius vir summe mãsue
tudinis solum adminiſtrationi gallie ⁊ hiſpanie
contentus fuit: quaꝓpter Galerus fecit duos ce-
ſares: Maximinũ quẽ orienti prepoſuit: ⁊ Seue-
ruꝫ quẽ prefecit Italie. Ipſe vero in illirico ⁊ gre
cia iura imperii gubernabat. Ceperunt imperare
anno dñi.ccc.mundi vero.iiii.milia.cclxxxi.⁊ im
perauerunt Galerus.ii.annis. Constãtius vero
xiii.computato tempore in quo fuerat. Cesar. hic
Constantius prout ſcribit Ruffinus in annali.
Roma. fuit Eutrepio nobili romano genitus ⁊
matre Claudia filia criſpi fratris Claudii impa-
toris curauitq; ſemper fiſci cõmoda non priuata

que ppter a subditis semper amatus est. Et tan-
dem moriens.xiii.anno sui imperii Constātinum
magnum primogenitum eius imperii sui reliqt
heredez. Reliquit etiam duos alios filios ex alia
vxore quorum vnus Constantinus: alius Dalma
tius nominabatur. Require eodem libro. Vir.
vbi scripsit de Cōstantino magno.

Maxentius non imperator sed Tyrannus
Romanus. ponitur eodem libro Virgilii.
vbi scripsit de Constantino magno.

Constantinus Constantii filius ex concubi-
na Helena. imperator creatus in Britānia
regnauit annis.xxx.mensibus.x.diebus.xi. Cū ce
pisset regnare anno domini.cccxi.hic Rome vbi
baptizatus est fecit construi basilicam beati Jo-
hannis baptiste que vocatur Constanciana. Item
basilicam Petro et paulo in templo Appollinis
circundans corpus vtriusqz ereo cipro grosso qn
qz pedum. Item basilicam beato Laurentio mar
tyri in via tyburtina in agro Veiano: et alias ba
silicas multas. Idem in grecia constituit vrbē sui
nominis quam voluit esse sedem Romani impe-
rii et caput totius orientis. Re.li.ci.c. bizantium
Scribit Jacobus de voragine in legēdis sctōruz
q christianos hostiliter persequebatur. Qua pro
pter papa Siluester cum suis clericis ab vrbe fu
giens latuit in monte Seracto: interim deus per
cussit Cōstantinuz incurabili morbo lepre. Et cū
nulla ei pdessent suffragia medicorū consuluerūt
vt ablueret recēti sanguine lactantiū pueroz. Et

cum imperator venisset ad locum cedis: vidissetq̄ʒ xxx.milia vagantium puerorum: ⁊ matres solutis crinibus miserabiliter voluntates genitricibus ait. Nolite timere: volo enim mori potius q̄ʒ cum tot milium cede viuere. Jussitq̄ʒ cum donis matribus natos reddi. Sequēti nocte petrus ⁊ paulus apparuerūt sibi dicentes: Quoniā abhorruisti effusionem sanguinis innocentū: nos ad te misit dominus noster Jesus christus vt pro tua salute Siluestrum habeas latentem apud Saractum montem: pro quo: Re. plene illud scriptum in. v. cā. Para. qd edidi super Dante tandem persuasione Siluestri pape baptizatus Cōstātinus: qui repente candidis in vestibus per septem dies cōtinuos leges in honorem christi ⁊ omnium christianorum: octauo die veniens ad confessionem abiectis cunctis imperialibus signis expāsis manibus se proiecit in terram cum fluuio lachrimarum. Hic baptismus ponetur cuʒ agenti miraculo circa finem presentis capituli. Uas illus pulcherrimum in quo baptizatus fuit Cōstantinus vulgari appellatione concha dicitur ex nigro lapide ⁊ auro politissimo: quē Constantinus in memoriam tanti beneficii intrinsecus ⁊ extrinsecus quantum ascenderet aqua fecit argento purissimo cooperiri. Jn medio fontis fecit poni columnam pfidi:su er quam posuit lampadem aureā ponderis librarum. lii. in qua diebus pascalibus ardebat balsam ::. Jn labro fontis posuit agnū aureum fundē aquam ponderis librarū clxx.

Ad dexteram autem agni constituit saluatorem ex argento purissimo ponderis librarum.clxx. In leua parte agni Johannem baptistam ex argento purissimo tenentem scriptum titulum. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi: ponderis librarum cxxv. Propterea circa fontem ceruos.vii.fundentes aquam: omnes ex purissimo auro quorum quilibet erat ponderis librarum.lxxx. que omnia seu sacerdotum cupiditate: seu tyrannorum sacrilegiis ablata sunt: et sic hodie vas mundi apparet. Repente baptizatus constantinus publico edicto precepit vt per totum Romanum imperium idolorum templa clauderentur: et ecclesie christi rupte reedificarentur. martyrum sepulchra cum veneratione maxima coli iussit. Post hec ita prudenter et pie in senatu concionatus est quod omnes Romani ad christi fidem conuersi sunt. Hoc tempore Helena Constantini mater que tunc in bitinia morabatur a iudeis persuasa culturam relinqueret idolorum et seruiebat cerimoniis iudeorum. Hec ipsa scripsit filio commendando quod reliquerat idolorum fidem: sed increpando quod seruiebat religionibus christianorum. cui rescripsit Constantinus: mandans quod sacerdotes iudeorum et christianorum ipsis presentibus Rome disputarent de veritate fidei. In qua disputatione ex precepto Augusti omnes prudentes Romani imperii interfuerunt. Congregati igitur fuerunt in Romana vrbe episcopi septuaginta quinque. Judeorum vero sacerdotes.cxxx. exceptis duodecim scribis quos Isachar summus

põtifex misit doctissimos in greco ꝛ hebꝛeo. Huic disputationi interfuit Constãtinus ꝛ Helena ma ter eius. Judices arbitri litis non fuerunt christi ani: nec iudei hebꝛei: quorum vnus fuit Craton philosophus: cui nunq̃ ꝑsuaderi potuit vt a quo q̃ munus acciperet. Nilq̃ volebat suuz esse nec quicq̃z in diem posterum reseruare. Dicebat eni ex carentia diuitierũ frui summa securitate: huic socius datus est Zenophilus ꝯstãtissimus ac pru dentissimus homo. In his duobus erat tanta ve neratio q̄ nullus poneret in ambiguo id verũ te nẽdũ esse q̄d ipsi censuissent. Cõgregatis igit cun ctis inter beatum Siluestruz ꝛ scribas fuit longa concertatio. Demuz ita euidenter illos conclusit beatus presul q̄ omnes populi clamauerunt eos ab vrbe esse pellendos qui nõ profiterentur chri stum filium dei esse. Multi etiam ex iudeis qui ve nerant impugnare fidem baptizati sunt. ꝛ Hele na mater Constantini deosculata est pedes beati Siluestri. Et ipsi disputationis iudices baptizati sunt. potissima causa fuit q̄ vnus ex scribis volẽs ostẽdere potẽtiã sue fidei fecit adduci adeo ferocẽ thaurum q̄ vix centum homines poterant ipsuz ad locum disputationis ducere: ꝛ dictis quibus dam verbis in aurem eciduit in terram mortuus quem postea nullis verbis scriba potuit suscitare Et iudei omnes promiserunt q̄ si eum suscitaret in nomine Jesu christi: baptizarentur: ꝛ ita factum est. Deinceps beatus Siluester cum duobus pres byteris ꝛ duabus lanternis ascendit in quoddam

antrum per.cl.gradus vbi coniurato dracone qui vrbem infecerat peste inexpiabili eum fecit inno-xium:ligauitq3 sibi os cū filo:quod sigillauit cu3 sigillo tenente impressionem crucis:igitur eodē tempore fuerunt liberati romani a cultura demonum ⁊ infectione draconis. Roboratus Constantinus in fide scripsit generalem epistolam ad vniuersos episcopos ⁊ prelatos:quam beatus Isidorus ponit inter decretum patrū:in qua ponit mōdum sue conuersionis sub ista forma. ¶ In nomine sancte ⁊ indiuidue trinitatis Imperator cesar Flauius Constantinus augustus sanctissimo pa-trum patri Siluestro romano pōtifico:omnibus-q3 eius successoribus episcopis vrbis Rome cū-ctis catholicis episcopis gratia charitas pax ⁊ gaudium. Ea qni saluator dei filius dominus noster Jhesus christus per sanctos apostolos suos. Petrum ⁊ Paulum interueniente patre nostro Siluestro mirabiliter operari dignatus est ad notitiam omnium apostolorū decreuimus aperire nam cu3 inualidissima squaloris lepra carnē meā inuasisset:nec curam posset adhiberi aliquis medicorum:dixerunt capitolii sacerdotes mihi fon-tem in capitolio debere fieri in lactantium puerorum sanguine lauari iubebāt. Quo audito exhorrui puerosq3 iam paratos occidi cum muneribus remitti iussi. Quo facto cu3 tempus mihi somni aduenisset:astiterunt apostoli christi Petrus et Paulus dicentes. Quoniam abhorruisti innocētem sanguinis effusionem a deo te; mittimur do

gere qualiter cureris a lepra. mitte pro Siluestro
episcopo qui latet in monte Soractis: hic tibi ostē
det piscinam in qua lauatus repente curaberis.
Quare patrem nostrum Siluestrum qui me .vii.
diebus in penitentia tenuit. Octaua autē die me
sacra vnda perfudit: sed repente me in fonte posi
tum propriis oculis vidi manū de celis me astrin
gentē a lepra. Sic igitur fontem exiuisse ab om
ni lepra cognoscite. Quamobrem censuimus cū vni
uerso senatu cunctisq; principibus Romane vr
bis exaltare sedem beati Petri apostolorū prin
cipis. Quare decernentes sancimus: vt ipsa Roma
na sedes super omnes ecclesias que in vniuerso
orbe sunt: teneat principatum ⁊ qui pro tempore
fuerit pōtifex huius ecclesie sit excelsior princeps
mundi: ⁊ ad dei cultum stabilitatemq; christiane
fidei disponat vt libet. Justum quippe est vt ibi
lex sancta teneat principatum vbi sanctarum le-
gum institutor christus beatum Petrum tenere
iussit cathedram apostolatus: ⁊ vbi ipse beatus a
postolus sumpsit martyrii poculum: ⁊ ibi gentes
pro christi nomine colla flectant: vbi beatus pau
lus doctor gentium extendere collum iussus fuit
martyrio coronatus. Sic etiam omnibus mani-
festum nos intra palatium nostrum Lateranen.
saluatori christo ecclesiam construxisse ornatissi-
mam. auro argento ⁊ lapidibus preciosis. Con-
struximus etiam beatorum apostolorum Petri ⁊
Pauli vbi sacratissima eorum corpora p manus
patris nostri Silnestri cum magna solennitate se

cimus cumulari. ⁊ ne apex pōtificalis valeat pau
pertate: sed decoretur gloria ⁊ dignitate Ro.ec.
tam palatium nostrum q̄z Romane vrbis ⁊ om-
nis Italie omniumq3 occidentalium puincias:
regiones: loca: ciuitates: insulas que circa Italiā
sunt patri nostro Siluestro cunctisq3 successori-
bus sub iure Ro.ec. pro affectu largimur ⁊ do-
namus in christo humani generis redemptore.
Nos autem nostrum imperium transferemus ad
orientem in Bizantia ciuitate quam ampliare fe
cimus a nostro nomine ⁊ Constantinopolim ap-
pellari. Re.li.ci.c. Bizantium. ⁊.c. Constatino-
polim.

Oratio de sancta Veronica.



Oratio de sancta Ueronica.

Salue sancta facies nostri redemptoris
In qua nitet species diuini splendoris.
Impressa panniculo niuei candoris.
Dataqz Ueronice signum ob amoris.
Salue vultus domini imago beata.
Ex eterno munere mire decorata.
Lumen funde cordibus exinde tibi data.
Et ex nostris sensibus tolle colligata.
Salue splendor glorie salus peccatorum.
Representans proprie regem angelorum.
Restauratrix gratie speculum sanctorum.
Te querunt respicere spiritus celorum
Salue robur fidei nostre christiane.
Destruens hereticos qui sunt vite vane.
Horum auge meritum qui te credunt sane.
Illius effugie qui rex fit pane.
Salue nostra gloria in hac vita dura.
Labili et fragili cito transitura.
Nos perduc ad patriam o felix figura.
Ad videndum faciem que est christi pura.
Salue o sudarium nobile iocale.
Et nostrum solatium et memoriale.
Eius qui corpusculum assumpsit mortale.
Nostrum verum gaudium et bonum finale.
Salue iubar seculi stella matutina.
In conspectu populi fulget lux diuina.
Que est cura languidi vite medicina.
Nos in mundo labili luce a ruina

Salue gemma nobilis vera margarita.
Celis virtutibus perfecta munita.
Non depicta manibus sculpta nec polita.
Hoc scit summus artifex qui te fecit ita.
Ille color celitus qui in te splendescit.
In eodem permanet statu nec decrescit.
diuturno tempore minime palescit.
Fecit te rex glorie qui fallere nescit.
Nesciens putredinem seruans incorruptam.
Quod est christi colis coram te deductu m.
Tu vertes gaudium gemitum et luctum.
Confer salutiferum te videnti fructum.
Salue decus seculi speculum sanctorum.
Te videre cupiunt spiritus celorum.
Nos ab omni macula purga viciorum.
Atqz nos consortio iunge beatorum.
Esto nobis quesumus tutum adiuuamen.
Dulce refrigerium atqz consolamen.
Ut nobis non noceat hostile grauamen.
Sed fruamur requie cum beatus Amen.

Versus.

Signatum est super nos lumen vultus tui dñe.
℟ Dedisti leticiam in corde meo.

¶ Collecta.

Deus qui nobis lumen vultus tui memoriale ad instantiaꝫ beate Veronice sudario impressam imaginem tuam relinquere voluisti per passionem ⁊ crucem tuam: tribue quesumus vt ita tunc in terris per speculum in enigmate te videre ⁊ adorare valeamus vt ⁊ iudicem sup nos venientem facie ad facieꝫ leti ⁊ securi videre merreamur in celis. Per christum dominum nostrū

¶ Incipiunt indulgentie septem ecclesiarum principalium vrbis Rome.

Sanctus Siluester papa scribit in cronica sua ꝙ rome fuerūt. M.ccccv. ecclesie. quarū maior pars est destructa: ⁊ inter illas sunt. vii. principaliores priuilegiate maiori priuilegio: gratia: sanctitate: ⁊ dignitate ꝙ͂ alie.



Prima ecclesia est Lateranensis que dedicata fuit a beato Siluestro papa in honorem Saluatoris et sanctorum Johannis baptiste et Johannis euangeliste. Et sunt in eadem ecclesia omni die concessi.xlviii.anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item papa Siluester et gregorius summi pontifices qui eam consecrauerunt et deuote visitantibus dederunt indulgentias quas nemo sed solus deus numerare potest: testante beato Bonifacio qui dicit, Si homines scirent indulgentias ecclesie Lateranensis quot essent non eis opus esset vt irent ad sepulchrum domini seu ad sanctum Jacobum. Dicit idem papa Bonifa. Si quis ad sedem nostram Lateranen. causa deuotionis vel orationis aut peregrinationis peruenerit absoluitur ab omnibus suis peccatis. Dicit idem Bonifa. papa. Si quis ad dictam sedem peruenerit in die sancti Saluatoris: absoluitur ab omnibus peccatis. Item in sacristia eiusdem ecclesie est altare sancti Johan. bapti. quod habuit in deserto. Item in quadam capella in fine decem ecclesie est archa federis veteris testamenti. Item mensa super quam cenauit dominus noster Jesus christus cum discipulis suis. Item virga moysi et Aaron. Et hec omnia portauerunt Vespasianus et Titus de hierusalem cum quattuor columnis ereis plenis de terra sancta de hierusalem, que stant erecte circa summum altare. Item supra summum altare sunt capita sanctorum apostolorum, Petri et

Pauli: et quandocunque illa monstrantur tunc ibi sunt tante indulgentie quante sunt ad sanctum Petrum quando monstratur sudarium domini seu Veronice: que indulgentie ostensionis Veronice habentur in sequentibus foliis videlicet in secunda ecclesia principali. Item quando ista sacratissima ecclesia ab hereticis fuit accensa et combusta: de capite sancti Pancracii emanauit sanguis tribus diebus et tribus noctibus: quod caput etiam ostendit vna cum ceteris reliquiis in die pasce pacto prandio: quam ecclesiam postea renouauit et defundamento edificari fecit dei genitricis seruus Nicolaus papa. iiii. ordinis sancti Francisci vt clare adhuc apparet in opere musaico supra summum altare sancti Siluestri et suorum predecessorum summorum pontificum qui summi pontifices celebrabant in criptis et cauernis terre occulte propter imperatorum et aliorum metum tyrannorum paganorum et sarracenorum. Item subtus altare illud est oratorium sancti Johannis euangeliste vbi orabat quando adductus et decapitatus ac deterius fuit rome. Item in quodam tabernaculo maiori quod stat super dictum altare requiescunt capita sanctorum apostolorum Petri et Pauli vt dictum est. Item in quodam tabernaculo quod est super altare marie magdalene sunt recondite he reliquie que sequuntur: videlicet Tiara cum qua coronatus fuit sanctus Siluester papa per Constantinum imperatorem. Item caput sancti Zacharie patris sancti Johannis baptiste. Item caput san

cti ꝛ Pancratii martyris: de quo fluxit ꝛ emana-
uit sanguis per tres dies continue quādo ista sa-
cratissima ecclesia fuit ab hereticis combusta. Itē
de reliquiis sancte Marie magdalene. Item vna
spatula sancti Laurentii martyris. Itē vnus deus
sancti Petri apostoli. Item copa in qua sanctus
Johannes venenum bibit ꝛ non sibi nocuit. Itē
cathena cum qua ligatus fuit sanctus Johānes
euangelista dum duceretur de Epheso romam.
Item tunicella sancti Johannis euangeliste que
posita fuit supra tres mortuos ꝛ confestim surre-
xerunt. Item de cineribus sancti Johannis ba-
ptiste ꝛ cilicium ipsius. Item de lacte de capillis
ꝛ vestimentis gloriose virginis Marie. Item ca-
misia quam fecit virgo Maria christo ꝑpriis ma
nibus. Item lintheum seu pannus cum quo chri
stus extersit pedes apostolorum. Item forbices et
arundo cum qua christus percussus fuit. Itē de
ligno sancte crucis. Item purpureum vestimen-
tum tinctum de guttis sanguinis christi. Itē ve
lum beate virginis marie quod ipsa posuit ad fe
moralia christi in cruce. Item sudarium quod po
situm fuit super faciem christi. Item preputium
domini nostri Jesu christi quando fuit circunci-
sus. Item aqua ꝛ sanguis qui emanauit de late-
re christi. Item de vero ligno crucis: ꝛ multe alie
reliquie que ostenduntur in die pasche peracto
prandio. Item in festo saluatoris cuius imago vi
sibiliter apparuit omni populo romane miraculo
se, scilicet quādo papa Siluester cōsecrauit dictā

ecclesiam vbi fuerat populus Romanus congre gatus, tunc imago Saluatoris apparuit visibiliter omni populo de vrbe: que imago remansit in pariete et quotidie videri potest: nec comburi potuit cum ecclesia fuerit bis combusta: vbi vero est remissio omnium peccatorum. Item in capella sancti Johannis baptiste ad fontes in qua mulieres non intrant sub pena excommunicationis: ibidem est remissio omnium peccatorum. Item in capella sancti Laurentii in qua similiter mulieres non intrant simili pena que dicitur sancta sanctorum: ibidem est remissio omnium peccatorum. Est in eadem capella imago christi in etate duodecim annorum diuinitus et humanitus depicta. Et circa eandem sunt gradus super quos dominus noster Jesus christus cecidit vsque ad effusionem sanguinis: et signum apparet clare vbi sanguis cecidit. Qui quidem gradus steterunt ante domum Pilati in Hierusalem: et quicunque hos gradus ascendit: ille pro quolibet gradu nouem annos indulgentiarum et totidem quadragenas: et remissionem tertie partis omnium peccatorum habet.

De priuilegio istius ecclesie et dignitate legantur ista metra sequentia.

Dogmate papali datur ac simul imperiali.
Quod sim cunctarum caput mater ecclesiarum.
Hinc saluatoris celestia regna datoris.

Nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic summus ex toto conuersi supplice voto.
Nostra q hec edes sit tibi xpe inclita sedes.
Hec est papa'is sedes et pontificalis.
Presidet et christi de iure vicarius isti.
Quia iure datur Romana sedes vocatur.
Deberet et vere nisi solus papa sedere.
Gloria sublimis alii subduntur imis.



SEcunda ecclesia principalis est ad sanctum Petrum in monte aureo in vaticano palatii Neroniani: in qua sunt omni die. xlviii. anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in eadem ecclesia sunt. c. et. ix. altaria que nunc ex maiori parte sunt destructa et pro quolibet conceduntur decemocto anni indulgentiarum: et inter illa sunt septem altaria principalia que maiori gratia sunt priuilegiata aliis altaribus et omnia ista septem altaria sunt circundata ereis cancellis. Item quandocunque est festum sancti Petri vel festum predictorum altarium. vel festum natiuitatis domini vel pasche vel festum omnium sanctorum vel aliud festum duplex duplicantur omnes indulgentie predicte. Item in festo annunciationis beate Marie virginis sunt ibidem mille anni indulgentiarum. Item a predicto festo vsque ad Kalen. Augusti sunt ibi duodecim anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item quicunque ascendit gradus sancti Petri deuote huic conceduntur pro quolibet gradu septem anni indulgentiarum dati ab Alexandro papa. Item medietas corporum sanctorum apostolorum Petri et Pauli requiescit in predicta ecclesia sub maiori altari: reliqua vero medietas iacet ad sanctum Paulum. Item in predicta ecclesia requiescunt corpora sanctorum apostolorum Simonis et Jude. Item corpus sancte Petronelle virginis filie sancti Petri apostoli. Itē capus

sancti Andree apostoli quod ostēditur in eius fe-
sto: et in illa die quando Romam portatum fuit
et adductum. Item caput sancti Luce euangeliste.
Itē caput sancti Sebastiani martyris. Caput san
cti Jacobi. Corpora sanctorum Processi et Mar
tiniani: et multa alia corpora: et multe reliquie san
ctorum martyrum et confessorum ac virginum.
Item Veronica siue vultus sanctus domini no-
stri Jesu christi requiescit in dicta ecclesia q mon
stratur in ebdomada sancta pluribus vicibus. et
in die ascensionis domini: et dominica proxima
post aut ante festum Antonii abbatis: in cuius ostē
sione Romani aduenientes et in eius ostensione
presentes habent tria milia annorum indulgen-
tiarum: et illi qui sunt circa Romam aduenientes
et presentes habent sex milia annorum. Ceteri ve-
ro qui adueniunt per montes: valles: colles: ha-
bent duodecim milia annorum indulgentiarum
et tot quadragenas et remissionem tertie partis
omnium peccatorum. Item existit vnum altare ad
dexteram partem chori decoratum porphiretico
lapide in medio: super quo porphiretico diuisa
sunt ossa sanctorum apostolorum Petri et Pauli
et ponderata per beatum Siluestrū sub anno do-
mini. cccix. quando facta fuit ista ecclesia. Item ad
sinistrā partem chori est vnum tabernaculum in
quo hodierne seruatur illa sedes seu cathedra q
sacta fuit beato Petro. quando adhuc sedē epi-
scopalem tenuit in antiochia et pulchre decorata
et omni festo quod dicitur cathedra Petri poni-

tur foras ad chorum cum solennitate ubi omnes homines pro sua deuotione ad eandē attingere possunt. Item circunstāt columne duodecim de marmore bene ꝛ polite facte ꝛ chorum attingentes ex qua vna decancellata ferro circumuoluta ꝛ ornata de cuius virtute infrascripte legas. Hec est illa in qua dominus noster Jesus christus appodiatus dum pop lo predicabat ꝛ deo patri preces in templo affundebat adherendo stabat: que vna cum aliis: vndecim circunstantibus de Salomonis templo in triumphum huius basilice locata fuit. demones expellit: ꝛ ab immundis spiritibus vexatos liberos reddit: ꝛ multa miracula quotidie facit. Item in transitu ad beatam Mariam de febribus sepultura sancti Chrisostomi que ante fuit circūdata ferro: nunc imagine marmorea erigitur.



Tertia ecclesia principalis est ad sanctum Paulum in qua sunt omni die quadraginta octo anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in conuersione sancti Pauli sunt ibi centum anni indulgentiarum et tot quadragene. Item in festo sanctorum Innocentum quorum corpora ibidem multa requiescut sunt ibi quadragintaocto anni indulgentiarum et tot quadragene. Item in dedicatione eiusdem ecclesie que est in octaua sancti Martini sunt ibi mille anni indulgntiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item si quis intrauerit dictam ecclesiam omnibus diebus dominicis: habet tantas indulgentias ac si iret ad sanctum sepulchrum domini in Hierusalem: aut ad sanctum Jacobum in galicia. Item in eadem ecclesia est brachiu sancte anne matris virginis Marie. Item vna cathena cum qua sanctus Paulus cathenatus fuit: et plures alie infinite reliquie. Item sub maiori altari medietas corporum sanctorum apostolorum Petri et Pauli requiescit. Item corpus sancti Thimothei discipuli sancti Pauli requiescit in dicta ecclesia: et plures alie infinite reliquie sanctorum quorum anime gaudent in celis. Item in grotta requiescunt ossa beata Sanctorum Celsi Juliani cum Basilissa. Item circa portam que ducit ad sanctum Paulum Capena porta dia

eta:hic sepultura Romuli et Remi existit: est etiam prope Mons omnis terre. Item ad dexteram partem chori est imago sancte crucis deuota que allocuta est sanctam Brigittam propter eius sedulas orationes coram eadem factas.





30

Quarta ecclesia principalis est ad sanctam
q Mariam maiorem. In qua sunt omni die
xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadra-
gene ⁊ remissio tertie partis omnium peccatoꝝ
Item in predicta ecclesia sunt reliquie. videlicet
Corpus sancti Mathie apostoli requiescit sub
maiori altari ipsius ecclesie. Caput eiusdem san-
cti Mathie apostoli requiescit in dicta ecclesia.
Itez corpus sancti Hieronymi doctoris ecclesie
Item corpora sanctarum Rumule ⁊ Redempte
Item panniccllus beate Marie virginis in quo
requieuit eius filius in presepio. Item stola san-
cti hieronymi. Item brachiuz sancti Mathei a-
postoli ⁊ euangeliste. Item brachium sancti Lu-
ce euangeliste. Item brachium sancti Thome ar
chiepiscopi Cantuariensis ⁊ martyris. Item ca-
put ⁊ brachium sancte Vibiane virginis ⁊ mar-
tyris. Item Presepe domini in dicta ecclesia re
conditum est. ⁊ multe reliquie sanctorum ⁊ san-
ctarum ibidem requiescunt que ostenduntur in
die pasche hora vesperarum vel circa: quorum
anime exultent in celis. Item in vigilia Ascensio
nis domini qua celebratur festum translationis
corporis beati Hieronymi: cuius corpus ibi-
dem requiescit: ⁊ ad altare ipsius est remissio
omnium peccatorum a fe. re. Pio pa. ii. Item in
omnibus festiuitatibus beate Marie virginis
sunt ibi mille anni indnlgentiarum. Item in fe-
sto Assumptionis beate Marie virginis vsqꝫ ad
eius Natiuitatem sunt ibi duodecim milia anno

rum indulgentiarum vltra dictas indulgentias quotidianas.

Sequutur versus de assumptione beate Marie virginis gloriosissime

Ad summum regina thronum defertur in altum
Angelicis prelata choris cui fertur et ipse.
Filius occurrens matrem super ethera ponit.



Quinta ecclesia principalis est ad sanctum Laurentium extra muros in via tiburtina in agro Veiano. in qua sunt omni die. xlviii. anni indulgentiarum ꝛ tot quadragene: ꝛ remissio tertie partis omnium peccatorum. Item ibidem est lapis super quem beatus Laurentius positus fuit postq̄ꝫ assatus ꝛ mortuus fuit. Item in festiuitatibus sanctorum Stephani prothomartyris ꝛ Laurentii martyris quorum corpora ibidē requiescunt ꝛ per octauas eorūdem ac in stationibus eiusdem ecclesie sunt. c. anni indulgentiarū ꝛ tot quadragene ꝛ remissio tertie partis omniū peccatoruꝫ ab antiquis concessa. Sed fe. re. Calixtus. iii. pontifex maximus concessit omnibus vtriusqꝫ sexus christifidelibus dictam ecclesiam deuote visitātibus in singulis festiuitatibus ꝛ stationibus eiusdem ecclesie antedicte plenariam remissionem omnium peccatorum. Item si quis intrauerit dictam ecclesiam per annū omni quarta feria liberat animam a purgatorio. Item si qs intrauerit per ianuam stantem in australi parte ecclesie de vna cruce ad aliam plenarie confessus ꝛ contritus habet remissionem omnium peccatorum.



Extra ecclesia principalis est ad sanctos Fa-
S bianum et Sebastianum: in qua sunt omni
die. xlviii. anni indulgentiarum et tot qua-
dragene et cum hoc remissio tertie partis omniũ
peccatorum. Item in eadem ecclesia sunt omni
die mille anni indulgentiarum dati a Pelagio
papa. Item in eadem ecclesia ad cathecumbas
ibi prope sunt tante indulgentie quante sunt in
ecclesiis apostolorum Petri et Pauli: quia ibi
corpora eorum iacuerunt abscondita longo tem-
pore in quodam fonte existente in dicta ecclesia
supra quem est quoddam altare. Item Siluester
Gregorius: Honorius: Pelagius. Nicolaus: et
Johannes summi pontifices concesserunt et qui
libet eorum concessit mille annos indulgentiarũ
quocunque tempore anni deuote visitabunt dictã
ecclesiam absque peccatis mortalibus causa deuo-
tionis orationis aut peregrinationis. Item in di
cta ecclesia iacet corpus beati Sebastiani marty-
ris. Item super altare sancti Sebastiani vbi iacet
corpus eius celebrauit missam sanctus Grego-
rius papa pro anima vnius imperatoris: et appa-
ruit ei angelus: et dixit. Hic est locus sanctissimus
in quo est diuina et vera promissio et omnium
peccatorum remissio: splendor et lux perpetua et si
ne fine leticia quas christi martyr Sebastianus
promeruit virtute sacrificii l betatur anima. Itẽ
ibi est lapis in quo christus reliquit vestigia pe-
dum suorum quando obuiauit Petro persecu-
tionem fugienti quem recognoscens dixit ei Do

trus. Domine quo vadis? Respondit christus. Romam redeo iterum crucifigi. Itez corpus Fabiani pape ꝛ martyris. Item corpus beati Stephani pape ꝛ martyris. Item corpus sancte Lucine virginis que corpus sancti Sebastiani in dicto loco sepeliuit: ꝛ hanc ecclesiam ad ipsius sancti Sebastiani honorem construxit. ꝛ.xviii. summi pontifices martyres quorum quilibet dedit suam indulgentiam: ꝛ in dicta ecclesia requiescūt Et multe alie indulgentie sunt in predicta ecclesia que numerari non possunt propter innumerabilia corpora sanctorum ibidem requiescentium Itez in cimiterio Calixti est plenaria remissio omnium peccatorum Visitet hic pia mens sanctorū busta frequenter. In christo quorum gloria perpes erit.

¶ Hic est cimiterium beati Calixti pape ꝛ martyris incliti. Quicunqȝ illud contritus ꝛ confessus ingressus fuerit plenam remissionem omniū peccatorum suorum obtinebit per merita gloriosa centum septuagintaquattuor milia sanctorum martyrum quoꝝ ibi corpora in pace sepulta sunt vna cum quadraginta sex summis pontificibus beatis qui omnes ex magna tribulatiōe venerūt ꝛ vt heredes in domo domini fierent: mortis supplicium pro christi nomine pertulerunt.


I·N·R·I·

Septima ecclesia principalis est ad sanctam Crucem in hierusalem: in qua sunt omni die xlviii. anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in summo altari requiescunt corpora sanctorum Anastasii et Cesarii. Item eandem ecclesiam que vocatur ad sanctam Crucem in hierusalem edificauit Constantinus filius Constantini magni imperatoris in hono re sancte crucis ad preces sancte Helene: et sanctus Siluester papa consecrauit eam. Sunt omni die dominica. ccc. anni indulgentiarum et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item he sunt reliquie eiusdem ecclesie. ¶Primo duo ciphi: vnus qui fuit plenus de sanguine christi: alter vero qui fuit plenus lacte beate Marie virginis. Item spongia in qua iudei porrexerunt christo fel et acetum. Item de ligno sancte crucis. Item due spine de corona xpi. Item vnus clauus cum quo fuit affixus in cruce. Item de ligno crucis latronis pendentis ad dexteram christi fuit conuersus ad christum. Item in capella que vocatur hierusalem vbi mulieres non intrant nisi semel in anno scilicet in die dedicationis eiusdem qua celebratur in vigilia sancti Benedicti abbatis mense martii et est remissio omnium peccatorum.

Ad sanctam Mariam transtyberim. hic locus vbi nunc illa venerabilis ecclesia est olim taberna meritoria regionis transtyberim appellatur in qua Romani milites q ante

plius militare non poterant: vite sue subsidia per
cipiebant: ⁊ appellabatur meritoria: quia pro be
nemeritis eorum ⁊ sportularis pecunia donabat
in atrio cuius hi versus scripti erant.
Roma vetus veteres cum te rexere quirites.
Nec bonus immunis nec malus vllus erat.
Defunctis patribus successit praua iuuentus.
Quorum consilio precipitata ruis.
Ex hac taberna meritoria videlicet vbi ille due
fenestrelle ferree cancellate apud chorū sunt po
site tempore quo dominus noster Jesus christus
de virgine nasci dignatus est: fons olei de terra
exundauit ac per totum illum diem ac noctē lar
gissimo riuo vsqꝫ ad tyberim defluxit: significās
vnctionem christi ⁊ baptismum atqꝫ doctrinam
eius qua omnes gentes imbueret ad credendum
per baptismum. Quod miraculū attendens san
ctissimus presul Calixtus natione Romanus si
cut erat iam ab antiquo tempore famatum in eo
dem loco vnde oleum fluxerat: procedēte quoqꝫ
tempore cum aliquantulum cessaret persecutio a
christifidelibus eadem ecclesia creditur nouis fa
bricis ampliata quam Grego. papa. iii. ob reue
rentiam beate virginis ⁊ beati Calixti martyris
pene a fundamentis diruptam nouis fabricis cū
tecto construxit ac totam depinxit. Sunt etiā se
pulta ibi corpora sanctorum videlicet Calixti pa
pe: Innocentii pa. fundatorū ecclesie ⁊ Julii pa.
Sancti Quirini episcopi est in octaua die assump
tionis beate marie in augusto statio ⁊ ꝑdonationis 34

Iam puerum iam summum pater post tpe natu.
Accipimus genitum tibi quem nos esse cocuum
Credimus hircoꝝ olei scaturire liquamina tybꝛi
Hinc oleum fluxit cum christus virgine luxit.
Hic ⁊ donatur venia quocunqꝫ rogatur.

a D sanctum Grisogonuȝ in prefata regione transtyberim. In ista ecclesia prenominati sancti Grisogoni sunt reliquie. Brachium sancti Jacobi. scapula sancti Andree apostoli. ⁊ caput sancti Grisogoni. sunt ibi indulgẽtie. Hic sedes est Cardinalis ⁊ titulus. Statio. xxiiii. quadragesime.

D sanctam Ceciliam virginem etiam est ista ecclesia prenominate ecclesie virginis in regiõe transtyberim situata: vbi requiescit corpus sancte Cecilie: etiam corpora sanctoꝝ Tiburtii: Valeriani: Lucii pape primi: ⁊ Maximiani sub altari in choro requiescunt. Sũt in eadem ecclesia plures alie reliquie. fuerunt in prefata ecclesia olim edes sancte Cecilie ⁊ habitacula quas sanctus Pascalis papa consecrauit ad honorem omnipotentis dei eiusqꝫ genitricis gloriose. sanctorum apostolorum Petri ⁊ Pauli: beate Agathe ⁊ Cecilie. anno incarnationis domini .cc.ccc. indictionis. xv. ecclesiam edificauit sicut plenius in episcopali libro continetur.

HD sanctum Bartholomeum in insula. In ista ecclesia est corpus sancti Bartholomei supra altare maius in tabernaculo. Est etiam ibi corpus sancti Paulini. sancti Alberti. scti Mar

celli. ꝛ sancti Superantii. Sunt ibi plures reli-
quie que cum supradictis in die sancti Bartho-
lomei apostoli ꝛ in dominica ꝙ Palmarum osten-
duntur. Est unus fons ante altare maius in cho-
ro in quo inuenta sunt corpora sanctorum scilicet
sancti Paulini ꝛ Superantii. apud illum sunt.
c. anni indulgentiarum.

Ad sanctum Johannem in insula ex opposi-
to ecclesie sancti Bartholomei. hic est unum
claustrum mulierum: ibi est una capella bea-
te Marie virginis versus aquas tyberis que apud
molendinos appellatur. Dicitur quod quodam tempo-
re tyberis creuit vltra lampades ardentes ante
imaginem ꝛ non fuerunt extincte nec videbatur
illate aliqua lesio imagini per aquam.

Ad sanctum Nicolaum in carcere Tulliano
in regione Ripe: sunt iste reliquie. Una co-
sta sancti Mathei apostoli ꝛ euangeliste. ma-
nus sancti Nicolai. Brachium sancti Alexii Sta-
tio est ibi in quadragesima.

Ad sanctam Mariam in portricu in regione
Ripe. hic est unus lapis preciosus zaphi-
rus in quo imago dei ꝛ beate marie virgi-
nis miraculose est impressa temporibus Johan-
nis pape primi ꝛ Iustini proprii filii Justiniani
Augusti ꝛ Theodorici regis Gottorum heretici
Italiam opprimentis. Fuit in vrbe matrona po-
tentissima Simiaci consulis ꝛ Patricii filia nole
Galla inter Romanos diuitiis generositate pre-
cipua patriciatus dignitate sublimis cognomina

ta ꝛ Patricia moribus ꝛ vita beata: sic enim tem-poralibus vsa est bonis vt legem domini non de-sereret: ꝛ diuinis nullatenus declinaret: ꝛ quia christo sedula seruire curauit suique in se creatoris imaginem ꝛ similitudinem prudenti circuſpectio-ne integram illibatamque seruauit: christi ꝛ beate marie imaginē per manus sanctorum angelorū in suo palatio suscipere meruit. Quadam enī die dum familia circunsedente pranderet supra pro-pinatorium predicta omnipotentis dei benedicte marie matris filie imago nimio fulgore apparuit cuius immensa luce propinator verberatus: ante dominam redit: ꝛ quod acciderat territus nūcia-uit: mox galla surgens a mensa venit ad locum: ꝛ lucem quidem vidit: sed imaginem decoram vide-re non potuit. Habito igitur consilio multorum procerum comitata concursu ad Lateranense pa-latium festinauit: ꝛ pontifici lucis apparitionem religiosa grauitate narrauit piis lachrymis po-stulans ꝛ magnis precibus vt ad ancillam domi-ni vt ipse dominus dignaretur venire deo dante reuelante rem nouam plenius cogitaturus: cuius sanctis precibus venerabilis pontifex acquiescēs cum ipsis episcopis ꝛ cardinalibus ꝛ maioribus ciuitatis ad Galle palatium venit: ꝛ ad locum ac-cedens expansis brachiis ꝛ oculis leuatis in celū deuotissime intra lucem orauit. Cumque adhuc ve-nerabilis pater papa orationi insisteret inter bra-chia sacratissima suscepit imaginem ꝛ eam ado-randam circunstanti multitudini cum lachrymis

36

timoris ꝛ gaudii demonstrauit: ꝛ quomodo bea-
tus Greg. vii. consecrauit istam ecclesiam q̄ ante
fuit palatiuȝ prenominate Galle ꝛ Patricie: ꝛ de
vita eius legitur in certis aliis legendis.

AD sanctum Georgium. in ista ecclesia sunt
iste reliquie. De lacte beate Marie virgi-
nis ꝛ de vestimentis eius. vexillum: lancea
ꝛ caput sancti georgii: quod prenominatū sancti
Georgii caput est reperta in vna capsa litteris au
reis: significantes illud esse per sanctissimū pre-
sulem Zachariam papam primum ꝛ deduci fecit
regionem ad velum aureum in venerabilem istā
diaconiam cum magna solennitate vbi in hono-
re suo consecrata est illa ecclesia prenominata ꝛ
plures alie reliquie. Statio ꝛ titulus cardinalis
¶ Claudius tyberius describens pugnatores ci-
ues Romanos: inuenit sexies decies centena mi
lia. vcccc. ꝛ. cccc. milia. qđ adhuc reperit scriptū
ante prenominatā ecclesiam subtus portugale.

AD sanctam Anastasiam. ecclesia ista est ver-
sus palatium maius constructa ex opposito
ecclesie sancti Georgii. Sunt etiā reliquie
ibi Statio ꝛ titulus est Cardinalis.

AD sanctam Mariam que vocatur schola
greca infra montem auentinum ante pre-
nominatam ecclesiam positus est vnus la-
pis rotundus ad dispositionem faciei et vultus:
qui dicebatur bucca veritatis ad quem homines
se expurgauerunt. virtutem suam per vnam mu-
lierem perdidit. fuit etiā schola sancti Augustini.

Ad sanctam Sabinam. ista venerabilis ecclesia vocatur ad sanctam Sabinam de vrbe in monte Auentino quam miro opere presbyter vrbis Petrus illiricus sub papa Celestino: sicut patet in litteris aureis scriptis in parte posteriori ecclesie super portam cypressinam. In isto loco fuit sedes apostolica sicut demonstrat structura pallatii in quo residens papa Honorius. iii. cum curia sua. Anno domini. M. ccvi. ordinem predicatorum quem sanctus Dominicus a predecessore suo papa Innocentio in concilio Lateranensi. impetrauerat auctoritate apostolica confirmauit. et hanc ecclesiam beato Dominico ob specialem familiaritatem et magne deuotionis affectum quem erga eum habuit inhabitandum cum fratribus suis concessit. Cuius etiam ob perpetuam rei memoriam Calix papalis cum patena et corporali et altari et capelle apostolice de alabastro in loco isto reseruantur. Hic sunt sepulta corpora sanctorum: videlicet sancte Sabine. sancti Theodori. sancti Alexandri pape. Nota Auentinum primam regionem fuisse vrbis. hic est vnus lapis niger suspensus de quo isti versus habentur.

Credidit orantem iacto conderecsaxo.
Hic sanctum Dominicum hostis versuto ad ipsum.
Marmoris illesi confracto monstrat in euum.
Hisque fidem prebet suspensus et iste molaris.

Sunt quamplures alie reliquie notabiles et scripte.
Et est ibi statio in die Cinerum.

Ad sanctum Alexium in eodem monte auen

H

tino est ecclesia que fuit ante domus patris sancti Alexii. hic est locus et gradus vbi predictus sanctus Alexius patri incognitus. xvii. annis penitentiam egit vsque ad annum incarnationis dominice. cccviii. suum tradidit in manus spiritum. in loco isto sunt indulgentie omni die. c. annorum et totidem quadragene de vita et morte legitur plenius in legenda sua.

Hic ostendit in vno tabernaculo vna imago beate virginis circa quam ponuntur ista infrascripta

Hec est illa imago digna beate marie semper virginis quondam existens in eccl sia eiusdem beate Marie virginis in ciuitate Edessa vbi beatus Alexius peregrinus degebat: et coram qua semper volebat orare nec permittebatur. Unde ipsa beatissima imago bis miraculose locuta dixit custodi ecclesie. Fac introire hominem dei: id est Alexium qui sedet foras in ostio qui dignus est regno celorum. Sub altari maiori in choro sanctorum Bonifacii martyris et Alexii confessoris gloriosa corpora, vt bulla Honorii. iii. pape patens demonstrat. necnon Hermetis martyris et aliorum sanctorum reliquie sunt quorum meritis et intercessionibus ab omnibus malis et morbo epydimie liberemur.

O sanctam Priscam ex opposito ecclesie
a sancte Sabine in monte Auentino prima.
Ubi ab Euadro sacra est Herculis ara.
Urbis romane prima superstitio post.
Ubi structura tot veterum templa punienda deum:
Montis Auentini nunc facta est gloria maior.

Unius veri religione dei.
Precip ue tamen ob Prisce nobile templum.
Quod Priscum merito par sibi nomen habet.
Nam petrus id coluit populos dū sepe doceret.
Dum faceret magno sacreqꝫ sepe deo.
Dum quo facinorum fontis deciperet error.
Hic melius sacra purificaret aqua.
Quod demum multis sese voluentibus annis.
Corruit haud vlla subueniendi manu.
Summus ac antistes Calixtus tertius ipsum.
Extulit omne eius restituit decus.
Cui simul eterne tribuit dona ampla salutis.
Ipsius nec qua parte caret ope.

o Ad sanctum Sabbam. hic est vna fontana conducta in ecclesiam cuius aquam homines possunt gustare seu bibere: ⁊ ex ista aq̄ sancta curabātur ⁊ maxime a fluxu sanguinis qđ sepe claruit miraculis. Et est in ista fontana sancta de scapulario sancti abbatis ⁊ ꝯfessoris Sabbe. Estqꝫ ibi vna abbatia ordinis sancti Benedicti. Item possunt videri in loco isto corpora Titi ⁊ Vespasiani: ad quorum sepulchrum scribuntur isti sequentes versus.

Conditur hoc tumulo Titus cum Vespasiano.
Patre felici sed eminent prospera Titi.
Hierusalem premēs domini emulos fremens.
Aper de silua ferus singularis in hostes.
Expurgat vineam sabaoth sternendo laborem.
Reddit ⁊ cōgruā vindictā populo ueq̄uā.

a Ad sanctum Anastasium. ibi ad tres fontes

in ista ecclesia in monasterio habetur in eodē lo-
co in choro vna bulla scripta que sic incipit. An-
no millesimo bis centeno primo. quarto nonas
quo christus venit mundum redemit. actu diuino
kalen. aprilis. Honorius felix monos dia. sacer
hanc aulam consecrauit papaqz dicauit diuinis.
ac ter septem cardinales collaterales interfuerūt
ad martyris dei honorem. Et tunc astiterunt ꝛc.
Est hic columna super quam beatus Paulus a
postolus decollatus est. In capella ad tres fontes
hic locus martyrii sancti Pauli apostoli.

D beatam virginem Scala celi. Hec est se
a cunda capella fundata in toto mundo ad
honorem beate Marie. Et vocatur Scala
celi super quam beatus Bernardus meruit vide
re scalam erectam vsqz ad celum. in qua quicun-
qz celebrant aut celebrari faciunt pro animabus
existentibus in purgatorio meritis eiusdem bea
te virginis dicte anime cito liberantur: ꝛ quicqd
ibi deuote petitur sine dubio impetratur: ꝛ sunt
ibi plures indulgentie vt patet in tabula indul-
gentiarum. Item sunt ibi recondita ossa decem
milium martyrum.

D sanctam Mariam annunciatam. Item
a anno domini. M. cc. pontificatus domini
Honorii pa. iii. anno. v. indictioñ. iiii. mē
sis Augusti. die. ix. dedicata est ecclesia in honorē
beate Marie virginis ꝛ omnium sanctorum per
manus venerabilium Auagnini ꝛ Johannis san
guini episcoporum assistentibus Johanne villa

magne. Johanne sancte Marie de Rufille. Sūt etiaʒ ibi certe ꝛ scripte reliquie per manus supra dictorum recondite quarum nomina pon ūtur in vna tabula ante altare: Item sciendūʒ q̄ vbi ista crux cum in medio itineris dicte ecclesie ꝛ sancti Sebastiani posita sunt captiuata ista deceʒ milia martyrum ꝛ militum.

Domine quo vadis. In isto loco quando angelus dei beatum Petrum eripuit de manu neronis. Saluator ei obuians: cui Petrus ait Domine quovadis. Et respondens. Uado romā iterum crucifigi. sunt multe indulgentie.

Ad sanctum Johannem ante portam latinā Ista ecclesia est constructa apud istam portā que dicebatur porta latina ibi adhuc est locus vbi missus est sanctus Johannes in oleū feruentissimum. sunt multe indulgentie ibi. Estq̄ʒ ibi statio in quadragesima.

Ad sanctum Sixtum ante portam appiam est claustrum mulierum: strata vbi itur ad sanctum Sebastianum. statio in quadragesima ꝛ est titulus Cardinalis.

Ad sanctam Balbinam. Ista ecclesia dicitur etiam ad sanctum Saluatorem: cuius imago ostenditur supra summū altare in choro vbi sunt sepulta septem corpora sanctorum videlicet sancta sabina: sanctus Quirinus ꝛ ille due virgines quibus prenominata imago apparuit. Est etiā ibi statio in quadragesima ꝛ titulus cardinalis. Istam ecclesiam consecrauit sanctus Gre

gorius: ⁊ ɔcessit septē annos indulgētiaꝝ.
c Ad sanctum Gregorium est vna abbatia.
Gregorius episcopus seruus seruoꝝ dei
sicut continetur qui in priuilegio anno scd̄o sui
presulatus ꝛc. Collecta cardinalium episcoporum
⁊ ceterorum Romane ecclesie multitudine eccle-
siam istam quam ad honorem sancti Andree apo
stoli in dioscauri construxerat in qua rudimenta
⁊ sanctitatis susceperat incrementa eo ꝙ detulit
prout eius anima desiderabat consecrauit. Quā
ecclesiam etiam plenarie dotauit ⁊ priuilegiis a-
postolicis premuniuit consecratione vero perfe-
cta flexis ad terram genibus se deo humili sup-
plicatione prosternens. preces fudit ad dominū
dicens. Domine iesu christe fili dei viui qui dixi-
sti apostolis: ⁊ per apostolos vniuersis fidelibus
christianis: Quodcunqꝫ petieritis patrem in no-
mine meo dabit vobis. Peto ab omnipotentia
maiestatis tue quatinus quicunqꝫ deinceps in hu
ius ecclesie circuitu elegerit sepulturā: dum mo
do fidem christianam teneat in perpetuum dāna
tionis eterne incendiis non sit mancipandus. sꝫ
ad eterne vite gaudia supplimandus. Oratione
vero completa apparuit angelus domini dicens.
Gregorii exaudita est oratio tua. Hic brachium
beati Gregorii pape primi: ⁊ crux sancti Pan-
thaleonis.
Ad sanctum Johannem ⁊ Paulum in celi
a monte hic requiescunt corpora sanctorū
Johannis ⁊ Pauli. Circa ista loca sancta

39

ponitur vna bulla sculpta que dicit de recondici
one istoru3 sanctorum prenominatorum.
Presbyter ecclesie Romane rite Johannes.
Hic animi vota dona vouendo dedit.
Martyribus xpi Paulo pariterqȝ Johanni.
Passio quo sedem contulit esse pares.
¶ Statio 7 titulus Card nalis.

O sanctum Stephanum in celimonte est
a ecclesia structure rotunde. ecclesiam hanc
prothomartyris.v.pontifex maximus ex
integro restaurauit: ibi sunt fratres ordinis san-
cti Pauli primi heremite. De cuius vita 7 obi-
tu hec infra scripta metra potes legere.
Obitus 7 vite primi tempus heremite.
Ut breuiter hic insp ice metra solerte.
Anno centesimo 7 septuagesimo primo.
Post incarnatum xpm de virgine natum.
Tebaide genitus. P aulus heremita primus.
Hic sextumdecimum cum peruenisset ad annu3
Mundum reliquit heremiqȝ secreta petiuit.
Cui ter denis cum septem insuper annis.
Palma dedit victū corporis pariter 7 amictum.
Celitus hinc manna pastus annis sexaginta.
D omino mittente quotidie coruoqȝ ferente.
Post hoc ducentis octuaginta sex quoq3 annis
Patris eterni filii de virgine nati.
Anno centesimo decimoq3 vite sue terno.
Paulus de mundo choris septem letabundo.
Ciuium sanctorum obiit ad regna celorum.
Anno vero domini. M.ccl. translatus de constan

tinopoli in Venetias. Anno. M.ccclxxxi. transla tus de Venetiis in Ungariam. Statio et titulus Cardinalis est.

a Ad sanctam Mariam in Nauicula in eodē celimōte supradicto. Hic ponitur vna na uis lapidea in signum miraculi ante intro itum ecclesie. Statio. 40. ⁊ titulus Cardinalis est.

a Ad sanctam Mariam imperatricem. Hic est imago beate virginis que etiam allocu ta est beatum Gregorium papam dicendo quare amplius non salutas me cum semper ima ginem meam pretereundo salutes: sanctus Gre gorius geniculando orauit ⁊ petiuit veniam co ram prenominata imagine ⁊ cōcessit post hoc om nibus geniculando orantibus tria Pater noster et tot Aue maria bona intentiōe et proposito bo no quotiens totiens fecerint. xv. annorum in dulgientias.

a Ad sanctum Petrum ⁊ marcellinum. An no natiuitatis domini. M.cclxvi. Indic tiōe. 14. die. x. mensis Aprilis Alexander cō secrauit hanc ecclesiam sanctorum Petri et mar cellini ⁊ vtrunqꝫ altare ⁊ reposuit in maiori alta ri de reliquiis prenominatorū sanctorm ⁊ pluri morum sanctorum quorū nomina bene legi pos sunt in sculptura apud ostium ecclesie. Concessit ipsi ecclesie a dicta die consecratiōis vsqꝫ in octa uam singulis annis indulgientiam trium annorꝫ ⁊ trium quadregenarum. Et deinde transtulit di ctam indulgientiā de dicta die in feriam secundaꝫ

post dominicam secundaꝫ quadragesime: qua die addidit indulgentiam vnius anni ⁊ quadraginta dierum. Titulus Cardinalis. Statio in quadragesima est.

Ad quattuor coronatos. beatus Leo. iiii. papa sub maiori altari recondens collocauit corpora sanctorum martyrum Claudii: nicostini: simphronii ⁊ plurimorum sanctorum quorum nomina sculpta sunt circa prenominatum altare: ⁊ etiam aliorum corpora sanctorum quorum nomina deo cognita sunt. Item anno incarnationis domini nostri Jesu christi. M. cxi. indictione iiii. v. ydus Maii. dominus papa Pascalis. ii. anno sui pontificatus iussit cauere sub altari qđ prius combustum ⁊ confractum fuerat: ⁊ inuenit duas conchas. Unam porphireticam: ⁊ aliam ex cōpromisso: in quibus erant supradictorum sacra corpora sanctorum. In tertia vero die iussit vndiqꝫ munire conchas ⁊ desuper altare renouare ad memoriam ⁊ honorem sanctorum ⁊ laudem domini nostri Jesu christi. Statio titulus: ⁊ sedes Cardinalis.

Ad sanctum Clementem est claustrum fratrum ordinis sancti Ambrosii. Sub altari maiori requiescit corpus sanctissimi Clementis pape ⁊ martyris: quod translatum fuit de ciuitate Cersona transpositum maris in hanc vrbem per christianissimum ⁊ clementissimum Justinianum imperatorem. ⁊ hic multorum aliorum sanctorum sunt reliquie: ⁊ multe indulgentie con

cesse per summos pontifices maxime per sanctis simum Gelasium papam quotidie illuc venienti bus quadraginta annorum et totidem quadrage nas veniam suorum indulsit peccaminum de gra tia speciali. et in.xl.duplicantur. Item fe.re. domi nus Alexander papa.iii.ad honorem sancti Igna tii martyris cuius corpus in prenominato altari requiescit.per suum priuilegium concessit et lar gitus est terciam partem omnium peccatorum. Stacio titulus Cardinalis. Item habetur in serie pontificum romanorum quod Johannes Anglicus post Leonem sedit annis.ii.mensibus v.diebus. iiii.vacauit sedes mense vno vt asseritur femina fuit et iuuenili habitu ab Amasio suo Athenis du cta in diuersis scientiis tantum profecit vt Ro me tande legeret triennium et magnos magistros discipulos haberet:nec aliquis sibi par ibidem in ueniretur.magne itaque scientie et opinionis exi stens in papam concorditer eligitur:sed in papa tu per familiarem impregnatur:verum tẽpus par tus ignorãs de sancto Petro in lateranum ten dens angustiata:peperit inter coliseum et sanctum clementem.et ibidem vt dicitur mortua fuit. hãc viam quando papa obliquat dicitur a plerisque quod propter detestationem facti hoc fiat.nec ponitur in cathologo pontificum propter mulierem sexũ quantum ad hanc difformitatem.

O sanctam mariam nouam.ista ecclesia cõ a tigua est templo quod dicitur eternitatis.

In natiuitate christi multa miracula appa

ruerunt. templum pacis rome constructum. vt dicit Innocentius. iii. propter pacē que duodecim annis Rome fuit q Appollo rome consultus respondit non casurum donec virgo pareret. funditus ea nocte corruit. Item in dicta ecclesia est vna imago beate virginis i vno tabernaculo quā beatus Lucas discipulus christi depinxit in Troade grecie quam angelus de frāga panis secū romam detulit in supradictam ecclesiaz: que tempore Honorii. iii. tota per incendia consumpta dispositioni istius imaginis nulla lesio facta fuit. Sunt in prenominata ecclesia reliquie videlicet de fragmentis quādo dominus noster Jesus xps cibauit quinqz milia hominum de quinqz panibus ordeaceis. Sunt ibi infra altare in choro sepulta corpora sanctorum: sancti Nemasii tribuni patris sancti Justini. sancti Simphoniani. sancti Olimpi. sancti Exemperii. sancte Lucille: 7 multe reliquie adducte de cimiterio sācti Calixti. Est ibi sepulta quedam domina Romana nobilis nomine Frācisca deo deuota cuius sepultura est cancellata ferro 7 deaurata que vsqz huc non est canonizata 7 nomen eius in libro vite. Titulus cardinalis.

D sanctum Cosmam 7 Damianum. in ista ecclesia ponuntur infrascripta metra arte musaica superius in pariete.

Aula dei claris radiat speciosa metalli.
In qua plus fidei lux preciosa micat.
Martyribus medicis populo spes certa salutis

Venit ꝛ ex sacro creuit honore locus.
Obtulit hec domino felix antistes dignum.
Manus ꝛ ethera viuat in aere poli.
Quicunqȝ visitauerit istam venerabilem sanctoꝝ martyrum Cosme ꝛ Damiani ecclesiaȝ habet om ni die mille annos de indulgentia data a Grego rio pa. i. ꝛ ipse beatus Gregorius consecrauit al tare maius istius ecclesie. ꝛ posuit sub illo altari corpora sanctorum martyrum Cosme ꝛ Damia ni ꝛ plurimorum corpora sanctorum martyrum Cosme ꝛ Damiani ꝛ plurimorum corpora sancto rum quoꝝ nomina habentur in vna tabula circa p̄dictū altare.

Ad sanctam Mariam libera nos a penis in ferni. sanctus Siluester. Ro. pōtifex a quo constantinus imperator a lepra liberatus ꝛ baptizatus consecrauit hunc locum qui capella beate virginis vocatur libera nos a penis infer ni. ad quem locum omnibus ꝛ singulis venienti bus ꝛ elemosinaȝ largientibus vere penitentibꝫ ꝛ confessis vndecim milia annorū de indulgētia concessit ibiqȝ draconem ligatuȝ subtus terram per. cl. passus cuius vlulatus ꝛ fremitus per as stantes sepe ꝛ sepius audiuntur: posuit ꝛ locauit.

Ad sanctam Mariam de consolatione est imago beate marie que multa facit miracu la: ꝛ est eadeȝ ecclesia plenaria remissio om nium peccatorum in die domin ca secunda mēsis Junii a primis vesperis vsqȝ ad secundas verspe ras a papa Sixto. iiii. concessas.

a D sanctam mariam de gratia: hic est vnum hosp tale vbi quotidie fiunt elemosine infirmis et egrotantibus per societatem Romanorum.

a D carceres beati petri aposto'i retro capitolium. in hac venerabili ecclesia concessa est a summis pontificibus vere penitentibus et confessis visitantibus dictam ecclesiam ac largientibus suas elemosinas quotidie tertie partis remissio omnium peccatorum et .cc. annorum indulgentia. Necnon voluerunt dicti summi pontifices dictam indulgentiã in diebus festiuis duplicari. Item in dicta ecclesia est fons qui miraculose apparuit quando beati apostoli Petrus et Paulus stabãt in dicto loco incarcerati de cuius fonte aqua baptizati sunt per manus dictorum apostolorum sanctus Processus et Martinianus qui custodiebat in carcere dictos apostolos corpora vero dictorum martyrum sepulta sunt in dicta ecclesia.

a D sanctum Adrianum retro capitolium et prope. anno domini. M.cxvii. pontifi. domini Gregorii pape. anno .i. indictione .i. mensis ianuarii die .xvii. inuẽta sunt corpora beatorum marie et marthe et reliquie sancti Adriani sub maiori altari et corpora sanctorum trium puerorum in absidie supra columnam recondita per magistrum Pelagium episcopum albiren. et dominum Stephanum eiusdem ecclesie dyaconum Cardinalem cum clericis ipsius ecclesie: videlicet

presbytero Bartholomeo: presbytero Paulo dyacono Roma. nomina plurimorum episcoporum subdyacono um clericorum et reliquiarum patent in vna sculptura in choro istius ecclesie. Item ad supplicationem dicti domini stephani cardinalis presbyteri Pauli et oliuerii dominus Gregorius papa vndecimns hanc ecclesiam dedicauit. Actum die mense indictione vt supra.

D sanctum Marcũ in regione pinee sunt
a multe venerabiles reliquie q̃ festiuis diebus ponunt super altare in vna capsula: quarum nomina patent in vna cedula circa ipsaꝫ capsulam vt vnusquisqꝫ deuotus legere possit. qnam ecclesiam Paulus pa. ii. a fundamento renouauit: maximusqꝫ indulgentiis eam dotauit: videlicet omnes et singuli qui eandem ecclesiam in octaua sanctissimi corporis domini nostri iesu christi. et in Epyphania domini a. i. vesperis vsqꝫ ad secundas vesperas inclusiue. Etiam qui a fe. ii. maiores ebdomade sancte nũcupate proxime secutura vsqꝫ ad feriam terciam resurrectionis dominice immediate sequen. tribus continuis aut interpellatis diebus saltem semel in die personaliter et deuote visitauerint annuatim. Et pro spiritualibus ac temporalibus ipsius ecclesie ornamentis huiusmodi porrexerint adiutrices omniũ suorum peccatorum plenariam remissionem et indulgentiam consequantur.

a D sanctos Apostolos in regione columne hec est venerabilis ecclesia in honorē. xii.

Apostolorum primo a Cōstantino fundata.⁊ post
modum ab hereticis fuit destructa. Pelagius ⁊
Johannes summui pontifi.eam in gradum pri-
stinum restaurantes multorum sanctorum corpo
ribus ac indulgentiis exornarūt corporibus apo
stolorum Philippi ⁊ Jacobi iunioris in altari
maiori reconditis.in dextera parte Eugenie vir-
ginis ⁊ aliorum martyrum corpora.in sinistra ve
